Πέρινθος. Γόθοι.

Οὖννοι Ἀλανοί.

Αμ. Μαρκ. XXXI.16

1. Conversi post haec per omne tempus noctis ut aestivae non longum, ad volnerum curas artesque medendi gentiles, reddita luce in varias consiliorum vias deducebantur, quorsum tenderent ambigentes, multisque dictatis et controversis occupare statuunt Perinthum, exinde quaeque divitiarum referta, docentibus omnia perfugis, etiam domorum nedum urbium interna noscentes. hanc secuti sententiam, quam utilem existimarant, itineribus lentis, miscentes cuncta populationibus et incendiis nullo renitente pergebant.

— — —

3. At Gothi Hunnis Halanisque permixti nimium bellicosis et fortibus, rerumque asperarum difficultatibus induratis, quos miris praemiorum illecebris sibi sociarat sollertia Fritigerni fixis Perinthum castris, ipsam quidem urbem cladium memores pristinarum nec adire nec temptare sunt ausi agros vero fertiles late distentes et longe ad extremam vastavere penuriam, cultoribus caesis aut captis.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

155

Αἱ ἔφοδοι τ. Γότθοι
Οὖννοι Ἀλανοί.

Αμ. Μαρκ. XXXI.16

1. Conversi post haec per omne tempus noctis ut aestimare non longum, ad vulnerum curas artesque medendi gentiles, reddita luce in varias consiliorum vias deducebantur, quorsum tenderent ambigentes, multisque dictatis et controversis occupare statuunt Perinthum, exinde quoque divitiarum referta, decentibus omnia perfugis, quam domorum necdum urbium interna nescientes. Hanc secuti sententiam, quam utilem existimarunt, itineribus lentis, miscentes cuncta populationibus et incendiis, nullo resistente pergebant.

3. At Gothi Hunnis Halanisque permixti nimium bellicosis et fortibus, rerumque asperarum difficultatibus induratis, quos miris praemiorum inlecebris sibi sociarat sollertia Fritigerni, fixis Perinthum castris, ipsam quidem urbem cladium memores pristinarum nec adire nec temptare sunt ausi, agros vero fertiles late distentes et longe ad extremam vastavere penuriam, cultoribus caesis aut captis.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ